



1719, 20

26

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS  
**ERNESTUS TENZELL,**

JCTUS,

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS,  
JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR,  
ET CIVITATIS CONSUL PRIMARIUS,  
ET REL.

*Ad lectionem solennem quam vocant  
Cursoram,*

A  
*Nobili & Clarissimo Jurium Candidato*

**DN. AUGUSTINO NEUBER,**

GRUNAV. MISN.

D. III. Julii M DCC XIX.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI HABENDAM  
Cum Magnif. Dn. Rectore, omnium Ordinum  
Auditores decenter invitatur,  
Et simul occasione

Nov. 18. c. 5.

DE

**CONCUBINIS, EORUMQUE  
LIBERIS**

quædam proponit.

ERFORDIAE,

LITTERIS GROSCHIANIS,  
ACAD. TYPOGR.

FACULTATIS IURIDICE DECUNS

# ERNSTUS THEINELI

[Cite]

CONSILIVIUS REGIMENS RECCTORIUS  
MEDICORUM ET STUDIORUM VICESOR  
ET CIVITATIS CONSUL PRIMARIUS

[Et reg]

ALLEGATIONE JOSENII DUNNI DECANS  
CHILOGYIA

SOPHIA A CHILOGYIA THERESA CHILOGYIA

# DN AUGUSTINO NEUBER

[Et reg]

CONSTITUTIO RECCTORUM MAJORI HARFLIDI  
CUM MUSICO DU REGGIO, OMNIBUS QUITIUM  
ANAGRAE DECIMAE TABULE

[Et reg]

V. 18. 5. 2.

CONGREGATIONIS EORUMMONIE


EIBERIS

duqueam electioem

[Et reg]

LITTERIS GEORGIVIS

ACAD. GLODGE



**M**aris ac fœminæ Conjunctionem ex Jure Naturæ descendere, Ulpianus in L. 1. §. 3. fl. de Just. & I. tradidit; reprehensus vulgò exindè, quod ibidem, omnia animalia juris Naturæ peritiâ censeri, docuerit. Cujus tamen sententiæ defensores quoque extare constat. Inter quos est acutissimus Strauch. Differ. 1. §. 4. It. Beier in Harmon. Struv. Schobel. Diff. 1. th. 6. Si enim jus Naturæ, generaliori conceptu, pro quacunque Legislatoris æterni in actibus animalium directione, sive per modum rationis, & obligationis; sive per modum inclinationis, & instinctus naturalis, accipias: dubium esse vix porest, quod propriè etiam brutis jura tribui posse, non male statuerit Ulpianus. Quem secutus Justin. Imper. & compilatores Instit. Juris Civil. in pr. J. de J. N. G. & C. Et sane si vel solam illam maris & fœminæ Conjunctionem (quam nos matrimonium appellamus sec. d. l. 1. §. 3. de J. & I.) consideremus, ordinem aliquem vel inter bruta ibidem observare (ut plurimum) licet, dum e. g. hæc post imprægnationem à commixtione abstinēnt, unde quod ad propagationem respiciant, colligere licebit. Imo ordinatus hominibus

hic & in aliis bruta s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> vivere, experientia testis est.  
Nec enim Sapientissimum illum Naturae Conditorem,  
promiscuam maris ac feminæ Conjunctionem, per-  
misisse, credendum est, cum omnia ordine Idem crea-  
verit, conservet ordine omnia, neque homines abs-  
que ordine res suas tractare, velit. Præprimis cum  
concl<sup>s</sup>er, quod prima inter homines societas sit in con-  
jugio, cum sit principium urbis & quasi seminarium  
Reipublicæ, ajente Tullio, i. offic. Sic etiam Imp. Ju-  
stin. Nov. 22. in pr. ait: Si matrimonium sic est honestum,  
ut humano Generi immortalitatem artificiose introducere &  
ex filiorum procreatione renovata genera manent jugiter  
**DEI Clementi<sup>s</sup>**, quantum est possibile nostra immortalita-  
tem donante Naturæ, recte nobis studium est in nuptiis.  
Et Imper. Justinus Minor in Nov. 140. pr. Nihil inquit  
in rebus Mortaliū perinde venerandum est, ac matrimo-  
nium, quippe ex quo liberi, omnisque deinceps sobolis series  
existat: quod regnes, atque Civitates frequentes reddat:  
**Unde denique optima Reipublicæ Coagmentatio fiat.** It. Leo  
Imper. in Nov. iii. Nihil ad Conservandum genus huma-  
num adeo esse necessarium, atque quod e costâ viri tributum  
est subsidium, cum Artifex ille, qui istud condidit, tum ipsa  
natura Divino documento attestatur. Et si vero vel ipsum  
Naturæ jus tales conjunctiones non permittat pro-  
miscue, tamen certum & limitatum modum, qui le-  
gitimum probaret matrimonium, vix determinavit,  
nisi arctioris sanguinis conjunctionis causas quasdam  
excipias. Quod enim hac ratione Polygamie simul-  
taneæ, nec non conjugio primario fine carenti, sim-  
pliciter obices positisint, veritati vix est consentaneum.  
Quid vero Jure Divino? An non certa ibidem, ex  
pri-

primæva institutione , tanquam ex fundamentali lege  
sec illud Matthæi XIX. determinatio , dum Salvator  
Mundi ibidem ait: *Qui initio rerum Genus humanum  
condidit , marem ac fæminam condidit eos & dixit : ob hoc  
relinquet homo patrem & matrem , & adhaeret uxori  
sue : eruntque ambo in carnem unam.* *Quamobrem Con-  
juges non sunt amplius duo , sed caro una.* *Quod igitur  
DEUS conjunxit , homo ne separet.* Annon hæc lex illa  
est , qua Conjugalis Societas à Creatore Summo fuit fun-  
data , inter unum scil. marem , & unam fæminam .  
ad propagationem generis humani , indissolubili nexu?   
A qua etsi in statu naturæ corrupto non gentes modo  
sed & DEI Populus per cordis duritiem multum re-  
cesserint , Polygamia , divorciis , concubinatu , & pelli-  
catu liberius permisiss; tamen Christiani ad primævum  
illum , & fundamentalem legem adstringimur , sicuti  
~~an~~ ~~ex~~ fuit constitutum , atque ut perfectioni stude-  
amus . Ut optime Schilter. ad *Ex. 36. §. 1.* add. Ha-  
vem. Gamol. synopt. Lib. 2. §. ult. p. 380. ubi tantummodo  
conjugium à DEO institutum , omnes reliquas com-  
mixtiones extra matrimonium , prohibitas , ac da-  
mnatas esse notat . Nec est , ut illos qui primævam  
institutionem Divinam , vim legis habere negant , au-  
diamus ; Eorum quippe sapientia eo temeritatis pro-  
cedit , ut cœlum vituperare videantur . Jure porro  
humano varias matrimonii observare licet leges , &  
gentium mores . Nulla enim de re magis sollicitos  
fuisse veteres , quam de conjugio , & militia , autor  
est Aventin. 4. part. de reb. Turc. & non tantum ex LL.  
12. Tab. & quæ post ea secula natæ sunt apud Roma-  
nos , sed & Solonis , & Lycurgi inter Athenienses ,

& Lacedemonios, & ex*s. Polit. cap. ult.* patet. Missis autem jam, quæ de Hebræorum ante Mosen & Græcorum Legibus & moribus obtinuerint. Apud Romanos certam etiam matrimonio formam præscriptam fuisse, constat, qua ipsa ab illegitimis Conjunctionibus sernebatur. Exemplo illud comprobat Concubinatus, matrimonio contradistinctus. Ut ut enim Concubinam ducere, jure illo esset permisum, ob sumtus in uxorem faciendo evitandos *l. 2. ff. de Concubinis*, & non nisi dignitatem inter uxorem & Concubinam interesse videatur *l. 49. §. 4. ff. de leg. 3.* ita ut concubina fuerit instar uxoris minus solennis, quæ etiam semi Conjunxit dicitur. *Cujac. Parat. tit. de Concubin. & Lib. 3. obs. 18.* Veram tamen & realem differentiam nihilominus subesse, & in verbo definit. Matrimonii: *Individualm*, confitare, recte *Huber. in Digest. Lib. 2. Cap. XI. notat.* nam & sine divorcio dimitti poterant concubinæ, *L. & Concubin. 17.* rer. am. & adulterium cum iis non perpetrabatur, nisi in consortio Patroni hærerent. *L. 13. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* Hinc & legitimi matrimonii effetti cessabant in concubinatu, & liberi inde nati, dicebantur naturales, nec in Patriâ potestate, nisi iustis nuptiis secutis, erant. Nec succedebant Patri ut legitimi. De qua successione tractatur in *l. 1. §. 2. C. de natur. lib. Nov. 18. pr. & c. 5. it. Nov. 89. c. 11. cum auth. licet, C. de Natur. lib.* Præterea, quod Concubinatus Jure Romano non simpliciter fuerit approbatum non male è *Nov. 89. c. 12. junct. l. 144. ff. de R. J. colligitur.* An etiam Concubina fuerit infamis Jure Romano disputari solet. Negativam pluribus ostendit *Huber. d. cap. XL.* Cæterum sustulit Concubinatum jam suo tempore

re Leo Imper. in suâ Nov. 91. verbis: *Neque minus ea  
lex, que probrosè cum Concubinis immisceri, non erubescen-  
tibus, id permittendum judicavit, honestatem jusque deque  
habuit.* Ne ergo per hoc Legislatoris erratum dedecore no-  
strum Rempublicam officere teneamus, itaque lex illa in æ-  
ternum fileto. Ab illa enim non modo religionis verum etiam  
Nature injuriâ secundum Divina, Christianisque conveni-  
entia precepta, prohibemur. Recessibus præterea Imper-  
ii prohibitus est Concubinatus *Reformat.* *Polit.* de An-  
no 1548. tit. von leichtfertiger Beywohnung/ & *Ordin.* *Polit.*  
de anno 1577. Tit. simili. Non tamen pro Concubina-  
tu habendum matrimonium quoad certos effectus per  
pactum restrictum, cum v. g. Principes cum inferio-  
ris sortis sponsâ matrimonium ineunt, & nec eam di-  
gnitatis suæ, nec liberos ex eo matrimonio procrean-  
dos, similiter successionis participes esse volunt. Quale  
matrimonium data coram Ecclesiæ sinistra manu, con-  
trahi, & vocari solet matrimonium ad Mordinaticam,  
vel etiam matrimonium lege salica contractum. Sed  
plura de his in Lectione sua Cursoria pertractabit

*Nobilissimus & Clarissimus Jurium Candidatus*  
**AUGUSTINUS NEUBER,**

De cuius Vita & Studiis pauca, quæ nobis communicata,  
more consueto nunc recensenda duximus. Patriam natum  
is est tractum Chemnitensem, qui pars Misnia est, ubi  
primam lucem in pago Heuna d. 4. Apr. Anno 1694. aspe-  
xit. Parentes veneratur Dn. GEORGUM NEUBER, Mer-  
catorem linearum negotiationi addictum, Matrem, ELISA-  
BETHAM natam DOOSTIN, Hi filium ad Studia destinatum,  
post instillata pietatis capita, & prima literarum rudimenta,  
Anno 1709. Zizam miserunt, ubi per septem fere anni spa-  
tium

gium Episcopalis Scholæ alumnus fuit, tantosque sub manu*et*  
ctione honoratis. Dnn. Collegarum, M. GOTHOFREDI  
GLEITSMANNI, Rectoris celeberr., M. JOH. CHRISTIA-  
NI HERTZOGEN, Conrectoris meritissimi, GRAMERI,  
Collegæ tertii, & TITELII, Cantoris, ac Collegæ quarti, fe-  
cit progressus, ut tandem studiis relictis scholasticis, ad altio-  
ra Academica stndia dimisus fuerit. Ad celeberrimam igitur  
Musarum sedem, Universitatem Lipsiensem abiit, ibique  
anno 1716. nomen ipsius, albo Academico fuit datum. Au-  
ditiv ibidem sedulus & frequenter per aliquot annos Con-  
sultissimos, ac Celeberrimos JCTos ac Professores, Dnos D.  
PHILLIPPI, D. KLEPPERPEINIUM, D. KÄSTNERUM,  
D. RUDIGERUM, & D. AUG. FRID. MULLERUM. Tan-  
dem consultum judicavit, rationes eruditio*n*is acquisit*n*e red-  
dere, ideoque nos adiit, & admissionem ad Examen, &  
ad alia specimina inauguralia petuit, ac impertravit. Textus  
quippe ex utroque Jure Canonico, & Civili more majorum,  
resolvendos transmisit, præfinito simul ad examen quod di-  
cunt rigorosum termino, Facultas nostra Juridica. Satisfecit  
ibidem, Dn. Canditatus in resolvendis textibus, & quæstio-  
nibus propositis, expectationi nostræ intantum, ut ad ulke-  
riora specimina janua ipsi sit aperta. Quapropter proximo  
die D<sup>r</sup> 3. h. Jul. hora nona matut Lectionem Cursoriam ad  
d. Nov. 18. Cap. s. b. c. D. illaque finita, Disputationem Inau-  
guralem, de NECESSARIA LEGUM CIVILUM UNI-  
VERSALITATE, ET IN EA ADHIBENDA ÆQUITATE,  
habebit. Ad quos actus solennes Magnificus D. Universita-  
tis Rector, Proceres ac Cives Universitatis nostræ omnes ac  
singuli, eà quâ par est observantia, & humanitate, invitam-  
tur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Dom. 4. post Trinit.  
z, hujus Jul, Anno MDCC XIX.

(L. S.)

TA-OC (1+12)

56.



W18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue



### Farbkarte #13



1719, 20  
26

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS  
**RNESTUSTENZELL,**  
JCTus,

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS,  
DICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR,  
ET CIVITATIS CONSUL PRIMARIUS,  
ET REL.

*ad lectionem solennem quam vocant  
Cursoram,*

*Nobili & Clarissimo Jurium Candidato*

**N. AUGUSTINO NEUBER,**  
GRUNAV. MISN.

D. III. Julii M DCC XIX.

AUDITORIO JCTORUM MAJORI HABENDAM  
Magnif. Dn. Rectore, omnium Ordinum  
Auditores decenter invitat,

Et simul occasione

Nov. 18. c. 5.

DE

ONCUBINIS, EORUMQUE  
LIBERIS  
quædam proponit.

---

ERFORDIÆ,  
LITTERIS GROSCHIANIS,  
ACAD. TYPOGR.